





Observatorio de San Fernando

Observatorio de Marina  
BIBLIOTECA

Núm.


Secció

Carpe

Estante.....

Tomo.....

Núm. **4651**














DE  
NUMMIS ALIQUOT  
ÆREIS  
UNCIALIBUS  
EPISTOLA.



ROMÆ MDCCLXXVIII.  
EX TYPOGRAPHIA GENEROSI SALOMONII


---

*Superiorum facultate .*





D E  
NUMMIS AFRICANIS  
SERIES  
UNCIAM  
EPICRATA



ROMAE AFRICANA  
MUSEUM  
Superioris Africane





JO. CARD. ARCHINTO


F. X. CARD. DE ZELADA

S. D.



*ESI* omnis , quæ cum amicissimis hominibus sermocinando fit , grata solet esse consuetudo & perjucunda ; eadem tamen scripto consignata & mandata litteris , vel ad memoriæ perrenitatem , vel ad mutui amoris publicam testificationem , multo est jucundissima . Quid enim non delectationis habet ; quo præsentè & mutuo respondente semel dixeras , aut audieras , per te effici , ut ejus extet perpetua recordatio : itaque omnes intelligant , nunc quoque esse , qui mutui fæderis officia , atque illud sanctissimum amicitie nomen observent ac tueantur ? Quod si non de vulgaribus rebus sermo intercesserit , sed maxime fructuosus , inque eo evulgando publica præterea accedat utilitas , colloctionibus ipsis spectata atque proposita ; has ego omnium delectationibus , triumphisque antepono , istosque dies opto

A 2





nulla posse temporis oblivione deleri atque obscurari. Noli igitur mirari, Archinte Cardinalis optime, si quæ sæpe inter nos ad exonerandas molestias, & gravissimas communis muneris curas relevandas, de rebus ad disciplinas juvandas promovendasque pertinentibus collocuti sumus; de iisdem has a me habebis litteras. Erunt illæ, si nihil aliud, perpetuæ in te voluntatis meæ atque observantiæ testes, quæ pro merito officiis in me tuis respondere nunquam possim. Quod si observantiæ solum meæ ratio, ut id facerem, suaderet, nullus jure, credo, reprehenderet. Nunc idem a me exigat grati amini debita & necessaria quædam significatio, ut qualem consiliorum meorum, si laudem ullam mereantur, auctorem, & quasi parentem invenerim, omnes intelligant. Nam quod Astronomiæ juvandæ, supellestem non exiguam instrumentorum paraverim, inque his celebre telescopium æquatoriale Doloneum mihi non multo ante ex Anglia advectum: quod consilio usus Mathematici celeberrimi, mihi in primis amicissimi Francisci Jacquier, eoque operis veluti totius architecto & Magistro, turriculam & astronomicam speculam domi meæ construxerim, ad siderum conversiones contemplandas, Lunæque, Planetarum, & Solis occursum, defectionesque deprehendendas, qualis nuper tecum unâ est a multis observata: quod naturæ legibus, atque effectibus explorandis, & conclavia plura parata a me sunt, & machinæ multæ meo jussu elaborate, atque perfectæ; omne id factum est a me suasore atque impulsore te: a quo etiam didici quædam nondum vulgò cognita, ut illud de accenso intra phialam occluso aere, vimque suam exerente magno cum fragore & vehementi objecti re-



paguli depulsione . Quin ergo ad te hæc ego vellem esse per-  
 scripta , ex quibus auguror , eruditorum hominum studia  
 juvari aliquanto posse , & ad majorem quamdam laudem  
 disciplinas assurgere ac promoveri ? Sunt quidem illa diversi  
 paullo generis : sed quoniam facultates omnes aptæ , con-  
 junctæque inter se sunt ; & cognatione quasi quadam con-  
 tinentur , ab his nequaquam dicenda sunt abhorrere ; & ti-  
 bi spero fore non injucunda . Quæ ut nunc explicem ; di-  
 cendum primo est , me non multos ante annos , postquam  
 ab assiduis implicatissimisque fori laboribus paullum conquie-  
 vi , in has quasi delicias vacatione usum muneris ! & tem-  
 poris , bibliothecæ selectioris instituendæ , & colligendorum  
 veterum monumentorum , demisisse . Cum vero antiquis  
 etiam nummis conquirendis vacare cæpisssem ; vidi continuo,  
 quantum haberet operis , quantum curæ exigeret , impen-  
 sarum , & temporis , perficere aliquid , quod cognitione  
 hominum dignum esset , propter infinitam illorum multitu-  
 dinem , & varietatem : nec vero futurum unquam , ut ma-  
 gnum offerrem adjumentum eruditis viris , quibus patent  
 in Urbe infiniti propemodum istarum mercium thesauri , ù-  
 que in omni genere insignes , ad quorum laudem aspirare ,  
 ætatis & facultatum exclusus impedimentis , non possem .  
 Cæpi igitur cogitare quid mihi faciendum esset , ut nec om-  
 nino ab hac veterum nummorum laude desererem , & simul  
 me in tantam negotii molem , malus virium mearum æsti-  
 mator , non conjicerem . Cum vero undique aciem circum-  
 ducerem mentis meæ ; vidi nescio quo facto accidisse , ut  
 antiquissimum omnium monetæ genus , præteritum a multis  
 esset , & vel perspicacissimorum indagatorum oculos , ma-



*nusque fefellisset . Statim igitur hoc mihi vel sepositum , vel  
 relictum arripui , statuique , esse mihi in eo conquirendo ,  
 colligendoque diligentissime elaborandum . De ceteris alio-  
 rum generum antiquis nummis , tantum mihi habendum de-  
 crevi , quantum necesse esset illi , qui celebriorum hominum ,  
 Augustorum , Augustarumque oris conformationem & li-  
 neamenta vultus internoscere , & dijudicare vellet . Quare  
 unum delegi de singulis , qui etiam vel ad historiam , vel  
 ad rem aliam quamlibet , præ reliquis esset maxime insignis :  
 idemque consilium suscepi de nummis familiarum , populo-  
 rum , atque urbium . Atque hoc propositum meum assecu-  
 tum me ferme esse , gaudeo ; collectis XII. priorum Cæsa-  
 rum aureis celebrioribus nummis ; ex aliis rarioribus , plu-  
 rimis , vulgaribus omnibus rejectis . Ad antiquissimos vero  
 nummos illos , quos unciales dicunt , cum totum me con-  
 vertissem ; adeo prospere res evenit , ut sepositos jam ha-  
 beam CCCLXIV. usus maxime industria ac diligentia viri pe-  
 ritissimi atque intelligentissimi Petri Burghesii . Cum ii in  
 hunc numerum excrevisset ; operæ pretium putavi , & rem  
 facturum me gratissimam iis , qui hisce eruditæ antiquitatis  
 reliquiis delectantur , si æreis formis excudendos , eosque  
 diligenter describendos curarem . Itaque feci ; hosque , Ar-  
 chinte Cardinalis , mitto ad te ; ut consiliorum tuorum sua-  
 sionumque fructum a me aliquem habeas ; perspiciasque , si  
 minus in te assequendo facultatem , at in conando de litte-  
 ris benemerendi , voluntatem meam ; hoc præsertim in gene-  
 re , in quo subsidia desiderari videbantur , quam quæ hæc-  
 nus parata fuerant , multo majora . Nam cum sæpe de to-  
 to hoc genere nummorum cum viris doctis , ut in aliis soleo ,*



diu multumque contuliffem ; comperi , rem nondum effe ad  
 liquidum deduclam , multa adhuc fupereffe obfcura , dubia ,  
 Cimмериis quafi involuta tenebris , quæ majorem aliquam  
 litterarum , & monumentorum lucem expectant atque ef-  
 flagitant . Etenim , ut sæpe me ex iis audiiffe memini ; re-  
 rum omnium quæ dici in hanc rem poffunt , fundus effe unus  
 Plinii locus , quo narrat Servium regem primùm æs fignaf-  
 fe , cum rudi antea Romani uterentur : fignatum vero fuiiffe  
 nota pecudum : ad bellum ufque Punicum 1. affes fuiiffe li-  
 brales , ideft æris unciarum xix . : bello Punico 1. depreffum  
 affem ad uncias duas , quod impenfis Resp. non fufficeret ,  
 conftitutumque ut affes sextantario pondere ferirentur : po-  
 ftea Hannibale Romanos urgente , Q. Fabio Maximo Di-  
 ctatore , affes unciales factos ; mox etiam lege Papiria fe-  
 miunciales . Aliud etiam eodem loco Plinius fignificat ;  
 nunc bello Punico 1. notam affis factam Janum geminum ex  
 una parte , ex altera roftrum navis , quod nimirum anti-  
 quior affis notam haberet , pecudem , a qua nota pecu-  
 niam dictam veteres tradidere . Ita Plinius fcripfit , a quo  
 fua deinde ceteri ævi fequioris auctores , Feflus , Servius ,  
 Ifidorus . Hæc tamen ipfa Plinii in magnas falebras conje-  
 cere viros eruditos ; ex quibus illos nulla ex parte eruit di-  
 ligens & doctus ejus Scholiaftes Hardwinus , licet in fua  
 ejus loci explicatione tantum fibi placuiiffe videatur , ut il-  
 lam iterum propofuerit ad calcem alterius libri de nummis  
 populorum , & urbium . Nam , ut ipfi viri docti agebant ,  
 mirum profus , & credi vix poteft , tam multos annos ,  
 abfque imminutione ulla libralem affem perftitiffe : repente  
 autem enormi adeo differentia , a librali ad pondus sextan-



tarium depressum, cum tamen interjecto tempore multa intercesserint, quæ Romanam afflixere Remp. & impensas sane ingentes exegere. Esto: fuerit hæc Punici belli necessitas tanta, ut in arctum deductis rebus, & Romano ærario exhausto, id facere omnino necesse fuerit: quid faciemus assibus illis, qui nunc extant, minori utique pondere librali, sed pondere sextantario, unciali, semiunciali, multo majore? Cur libralem assem hæcenus nemo vidit: quod cl. Passerius testatur in Paralipomenis suis? Cur asses ferme omnes, quos nunc habemus, sextante ponderosiores, Janum tamen geminum expressum habent, & navim: quam notam inventam Plinius dixit, cum bello Punico, pondere sextantario esse ceperunt? Novi cl. Passerium imminutiones alias ante bellum Punicum factas adstruere velle, quas Plinius, utpote minus notabiles, prætereat atque agglomeret simul omnes: esse quoque qui easdem privata monetariorum voluntate factas dicat, nunc in bello cum Pænis firmatas auctoritate publica. Verum hæc ut facile asseverari, ita confirmari nullo idoneo teste possunt. Atque adeo disertata, adeo perspicua sunt Plinii verba, ut omnem istiusmodi sive explicationem, sive excusationem repudiant. Audivi etiam qui Plinii auctoritatem elevandam putaret, auctoritate Ovidii, & Plutarchi; quorum alter in Fastis de nota monetæ dumtaxat loquitur Jani & puppis; alter in Quæstionibus romanis Jani pariter, & navis, seu proræ, seu puppis: sic enim loquitur. Sed hic Plinii inimicus, qui hæc objecit, invenit qui sibi valde repugnarent; quod negari nullo modo possit, Varronis veterum doctissimi testimonio, pecude priscam monetam fuisse signatam; ut de

re-



recentioribus omnino ab illa ætate nummis dicendi sint Ovidius, & Plutarchus locuti. Præterea si Plinium abjicimus rerum harum solertem indagatorem, & exploratorem diligentissimum, quid de veteri re monetaria fiet; quæ eo ferme auctore solo tota consistit & nititur? ut omittam, extare apud cl. Passerium vetus æs quoddam figura rectangula, in quo ex una parte bovis figura apparet, ex altera spina ærea, in qua per intervalla sex sunt ærei globuli expressi, quod Seponaium idem cl. Passerius vocat. Nam tantum abest, ut hoc propositæ quæstioni succurrat, ut magis etiam dubitationem confirmet. Si enim antiquissimæ formæ moneta hæc, ut putatur, tandem reperta; cur assis nullus antiqui & justis ponderis? Quod si dicamus, conflatos eos fuisse lucri gratia, ut minoris ponderis alii efficerentur: cur semiunciali, unciali, sextantario etiam pondere majores nunc non pauci inveniuntur? Hæc quæ viros illos eruditos in plura opinionum divortia distraxere, mihi in mentem revocarunt Terentianum illud Fecistis probe; incertior sum quam dudum. Nec vero iteratis a me alias sæpe sermonibus res unquam constitit, sed in novas semper ambages se inducere viri illi eruditi quos in consilium adhibueram, videbantur. Cardio enim redit rei omnis, ad assium ceterorumque nummorum pondera examinanda, ut de vetere libra seu uncia constet, collata cum nostra. Lucas Pætus, unciam qua nunc Romæ utimur antiqua uncia scrupulo uno & granis quatuor esse ponderosiorē definit, adeoque libram nostrorum temporum cum libra antiquorum comparatam, graviorem scrupulis XIV. Pætum, expensis quæ apud se habebat antiquis ponderibus, refuta-



*vit Fabrettus ; decrevitque unciam nostram Romanam , le-  
 viorem aliquanto esse antiqua , Græca vero graviolem : nec  
 tamen rem præcise constituere potuit , aut noluit . Cl. Pas-  
 serius veterem assem Romanum libralem , ponderibus , quibus  
 nunc utimur , collatum , comperisse se dicit in Museo Cl. Oli-  
 verū viri eruditissimi , mihiq̄e , summis præstitis officiis ,  
 devinctissimi , unciarum XIII. ut tantundem ponderis vetus  
 libra & duodecim unciæ habeant . Est tamen quod rationi-  
 bus istis suis obesse vidit , extare nimirum asses , seu assis  
 partes , quæ longe hoc pondus excedunt , suntque in ra-  
 tione unciarum XX. XVIII. usque ad XIV. Difficultatem hanc  
 ipse narrat se diu expendisse , & tandem nullam aliam ex-  
 cogitare potuisse viam ad eam solvendam , quam si assereret ,  
 graviores hosce nummos , non in monetæ usum , sed dona-  
 riorum fuisse . Quod quidem , non tam nodum solvere ,  
 quam ut de Gordio illo , & Alexandro ferunt , exsecare  
 est . Atque hac semel patefacta via , periit res nummaria  
 tota monetarumque æstimatio ; cum regeri idem ad quam-  
 cumque earum possit , quæ terminos a nobis constitutos ex-  
 cedit , aut ab iis quocumque tandem modo aberrat . Nolim  
 te , Archinte , existimare , nunc ista dici a me , quasi pri-  
 mùm ipsa occurrerint menti meæ , ac non potius ex sermo-  
 nibus hauserim hominum illorum , quibus utor frequentissi-  
 me . Nam id quoque debeo vetustis hisce monumentis , aliis-  
 que , quibus congregandis sedulo incumbo , ut eorum causa  
 domum meam ventitent viri docti ; meque vel ipsi erudiant ,  
 vel causam dent ut libros ad me erudiendum adhibeam at-  
 que evolvam . Hinc ego facile perspexi , quantis res obsita  
 sit difficultatibus , quantis involuta tenebris , nec dum fa-*



Etiam plane perspectam & cognitam . Quod quidem ita esse oportuit . Ut enim in arboribus nunquam fit , ut simul se in flores induant , fructusque ex iis maturescant ; neque homini simul accidit infantie ac pubertatis status ; sic de hoc peculiari litterarum seu monumentorum genere dicendum est : ad quæ serius docti homines animum adverterunt ; cum vulgaris esset , neque nunc quoque , hac tanta litterarum luce , eruta penitus ex nonnullorum animis opinio ; nihil nisi pondera quædam esse , nullo usui , nullo litterariæ rei adjumento , nihil illustrandæ antiquitati opportuna . Primus fertur rem detexisse Philippus Senator Bonarota , iisque colligendis strenuo allaborasse , quem secuti , viri antiquitatum benemerentissimi Arigonius , Gorius , Passerius , Oliverius , & qui erat inter primos nominandus , mihi præsertim , quo cum sum vetusta amicitia conjunctissimus Marius Guarnaccius . Rectam hi ergo viam commonstrarunt quâ pergendum est : sed non verebor affirmare , processum esse parum . Jam vero vel nulla ratio extat rei hujus expediendæ , vel unus hic modus ; ut magnâ horum nummorum copia comparata , eaque accurate descripta , & publicæ luci proposita , viri acri ingenio solertiaque præditi , his considerandis , æstimandis , comparandisque inter se , prolatis veluti tabulis , rogatisque testibus , aperiant , quid de pondere , precio , loco pariter ubi cusi sunt , sentire & dicere debeamus . Nam locus quoque probe distinguendus est , & a Romanis nummi secernendi Etruscarum civitatum , & singularum earum , qui sunt proprii : quod cum facere neglexerit , confunderitque omnes in Chronico suo nummario , invenit Cl. Passerius , qui se jure fortasse reprehenderent .



Hæc me cupiditas & spes, adjuvandi doctorum hominum conatus, ut rei tam obscuræ lux aliqua affunderetur, in hanc cogitationem adduxit, meos, quos habeo, unciales nummos donandi publica luce; æneis formis repræsentatos, & diligenter quantum fieri potuit descriptos, assignato unicuique eorum pondere, ad nostras, quibus nunc utimur, uncias, drachmas, scrupulosque relato: qua in re totum debeo viro experientissimo ac diligentissimo Petro Burghesio, qui nummos hos maximam partem mihi comparavit, comparatos disposuit, descripsitque pro sua illa eximia intelligentia atque patientia, accuratissime. Hujusmodi descriptionem adjunctam habebis his literis. Sed ut ea minimo negotio, qua ratione & modo elaborata sit, videri atque intelligi possit, præmittenda sunt a me nonnulla, quæ facem veluti præferre possunt. Et primò quidem asses sive plures sive singulares seposui ab eorum partibus, hasque discrevi singulas, adhibitis, ut id recte fieret, earum notis. Nam ex virorum eruditorum sermonibus, aliquo etiam tractandorum id genus nummorum usu didici, quotam contineant assis partem, demonstrare solere numerum globulorum unicuique nummo adscriptorum: ita ut terni, exempli causa, tertiam assis partem, idest uncias quatuor, quaterni quartam sive uncias tres denotent, & sic de reliquis. Est etiam unicuique eorum nota alia propria & sua, ab eo, quem gerunt, typo, sculptisque Diis aut Deorum insignibus; cum partibus assis singulis Deos suos Romani assignarent. Ita semisses Jovem diadematam vel coronatam habere consueverunt, subiecta nota S. idest Semis: trientes Palladem referre Græca casside insignem: quadrantes Herculem leonina pelle cassidis



*loco contectum : sextantes Mercurium cum petaso : uncia ,  
 Romæ caput galea Romana , breviusculo scilicet frontali :  
 cum contra Græcæ cassides , quas Festus Sileas vocat , fa-  
 ciem omnem contegant ; quo voluisse Græcos dicunt , non  
 modo vultum protegere , sed horridiorem speciem quamdam  
 ad perterrefaciendos hostes exhibere . Observatis his notis ,  
 in sua quosque genera nummos discrevi ; ac tribui in Clas-  
 ses VIII. In unaquaque vero classe servavi illud meum ,  
 quemadmodum antea dixi , ut sollicitè Romanos distingue-  
 rem a ceteris , atque hos diversarum urbium inter se , Ur-  
 bibus addixi singulis quæ nomen suum habebant ; alios , etsi  
 aliquot illorum viderem ab eruditis viris quibusdam , inni-  
 xis conjecturis suis , certis locis adscribi ; malui tamen ad  
 eos , qui incerti sunt rejicere . Nec vero prætereundum ; esse  
 de illis ipsis , qui litteris sunt insignes , non levem , nec  
 contemnendam dubitationem quamdam ; cui potissimum gen-  
 ti atque urbi assignentur ; nimirum qui prisco more effor-  
 matas litteras habent , & reddi consuevere VELATHRI . Nam  
 pro Voluterranis habent Passerius & Guarnaccius : Veliter-  
 nis assignant Maffejus & Gorius . Cum de hac quæstione  
 acriter disceptantes audirem , equidem secundum Veliter-  
 nos pronunciandum censebam , propterea quod præter cete-  
 ra , maxime probabilis ratio ea videbatur ; quod nunquam  
 Etrusci E pro O soliti sint scribere ; sæpe vero litteræ E al-  
 teram A substituere . Verùm contineo nunc ipse me , ut ali-  
 quid constitutum velim ; præsertim cum sit Clarissimus Præ-  
 sul , qui operibus aliis suis semet , & patriam illustravit suam ,  
 qui elaboratissima dissertatione hoc præstare dicitur . Nunc  
 ad classes illas venio OCTO , in quas nummos hosce meos me*



*tribuere superius dicebam. Primam facio nummorum eorum, qui assium pondus excedunt, in qua ante omnes pono Decussam seu Romanum Denarium æreum, qui nimirum stetit videtur assibus decem: quare & numeralem notam inscriptam habet X. Romanum vero esse nummum, suadet solitus navis typus, & caput, ut videtur, Romæ. Eximia illum esse raritatis, nemo, ut puto, probus harum rerum æstimator negabit. Neminem etiam inveni, qui probaret cl. Passerii iudicium, hunc, quem in Museo Capponiano vidit (est vero idem) referentis ad genus numismatum, quæ donariorum loco essent, non vero nummorum. Quid enim notam illam X adscripsissent, ne homines fallerentur? Et in reliquis nummis similes notæ idem declarare possunt. Proxime post hunc pono Tripondium consueto typo insignitum Romano, & nota III assium nimirum trium. Atque hunc quoque inter rarissimos nummos peritissimi harum mercium æstimatores habendum putant. Sequuntur in hac priori classe Dupondii plures; primus Romanus, ut apparet ex sculpta in eo nave, & capite, ut opinor, Palladis cum nota II cui adjunctus est alter ei simillimus. Tertius & quartus dupondius, sunt gentis illius, cujus nomen exprimi supra diximus litteris Velathri, sed horum priorem cum capite Jani bifrontis imberbis & coronati, in averfa vero parte nota II cum litteris, propter enorme pondus, non ausim, intelligentissimorum hominum iudicium secutus, a fraudis & adulterini factus suspicione liberare; alter posterior metu vacare omni debet, qui in averfa parte clavam habeat monetariæ illius officinæ consuetum typum, characteribus veris Etruscis, pondere autem multo minori. Dupondium*



quintum cum capite mulieris galeatæ, in cujus occipite nu-  
 merus II & in parte altera rota radiorum sex, ad incertos  
 nummos rejeci, etsi præferre similitudinem quamdam vi-  
 detur cum nummis Nuceriæ urbis, & Vetulonæ. Alteram  
 nummorum meorum classem constituunt Asses, primùm Ro-  
 mani, quibus, meorum judicio, accensui Jani & navis  
 typo præditos omnes; alios quoque, qui licet typis illis de-  
 stituantur, adjunctam tamen epigraphem habent Roma.  
 Romanis hisce assibus succedunt Etrusci, Atrienses, Vela-  
 trenses; tum qui nominibus carent, & incertos dico. In  
 classem tertiam veniunt Semisses; Romani capite Jovis Capi-  
 tolini laureato, & typo in parte aversa navis, atque utrin-  
 que nota S, hinc semis Tuderti nomine inscriptus, postea  
 alii nullis litteris, adeoque incerti. Quarta est Classis  
 Quincuncium. Nullum habeo Romanum, & nullum se ta-  
 lem vidisse affirmant, qui plurimos id generis nummos tra-  
 ctarunt: habeo vero aliarum urbium alios, Atrienses, Lu-  
 cerienses, quos esse quincunces demonstrat scalpta nota V  
 Atque is quidem, qui vere est Atriensis quincunx, non  
 bene est a cl. viris Passerio & Guarnaccio exhibitus, cum  
 alter semissem fecerit, alter septuncem. Addo, ex quin-  
 cuncibus incertis meis ponderosorem deesse in tabula Pas-  
 seriana VIII. ubi locus ei esse deberet: Classis quinta Trien-  
 tes continet. Anteit Romanus cum capite Palladis & navi,  
 quique monetæ hujus index est, quatuor utrinque globu-  
 lis. Proxime veniunt Trientes Tudertini, Velatrenses,  
 aliique incerti. Sexta Classis habet Quadrantes. Extat Ro-  
 manus cum Herculis capite leonina pelle contecto, & tri-  
 bus in occipite globulis; atque ex parte altera navis consue-




to typo, iterumque ternis globulis. Subduntur Etrusci quadrantes, Atrienses, Tudertini, alique incerti multi; quorum unum capite apri insignem, & litteris aliquot Etruscis cl. Guarnaccius maluit Clusinis assignare. Conjeci in hanc classem moleculam ex ære quamdam, figura oblonga, quæ ad ovalem accedit, tribus insculptam globulis in directum ex parte longiori positis: cui similem, globulis tamen solis duobus insculptam, exhibuit in Museo Etrusco suo Gorius, & antiquissimum esse censuit monetæ genus: in qua opinione vidi esse quoque cl. Passerium, quod existimet hanc esse vetustissimam monetæ formam, oblongam nimirum, & virgis quibusdam in transversum ductis, seu ramis, globulisque interstinctam, quæ valorem indicarent: solitos scilicet veteres has moles secare, ut quot globuli segmentum sequerentur, totidem assibus seu uncis illud segmentum staret: quod monetæ conficiendæ commodum, multis vir eruditus prosequitur, & ex Plutarcho se confirmare posse putat. Est Classis septima Sextantium: in qua Romanus cum Mercurii capite petasato, extantibus sub collo globulis duobus, qui etiam apparent in aversa facie sub navi. Sextantes Etrusci litteris insigniti, sunt Atrienses, & Populonienses; quibus addi posset March. Maffei, & cl. Gorii iudicio, quos Guarnaccius sequitur, sextans Iliensium; si litteras, quas præfert, duas legamus IL neque, ut nonnullos facere vidi, interpretemur potius TV & Tudertinis accenseamus. Sunt his proximi sextantes, quos incertos voco. Octavam & postremam Classem Uncialis moneta tenet: in qua est Romana uncia; nam caput inest mulieris galeatum, Romæ ut putant, cujus inhæret occipiti globulus unus,




*unus, qui pariter in altera facie est cum navi. Collocantur  
 deinde unciales nummi Atrienses, Tudertini, incerti.  
 CCCLXIV. sunt, ut dixi, diversæ his Classibus monetæ,  
 Decussis unus, Tripondius unus, Dupondii v. Asses xxvi.  
 Semisses xxvii. Quincunces v. Trientes lxxi. Quadrantes  
 lxx. Sextantes lxxxii. Unciales nummi lxxxiii. Quos  
 quidem nummos omnes animadvertere debeo, ex ære fu-  
 sos, non cusos esse, Romanos quoque: unde assentiri non  
 possum cl. Gorio, qui in Museo suo Etrusco, ideo Etru-  
 scam monetam antiquitate præstare dixit Romanæ, quod  
 illa ex ære fuso conflatoque constet, Romani vero nummi  
 percussi cusique sint. Ut contra statuamus, præter eruditif-  
 simorum hominum auctoritatem, Bonarotæ, Passerii, Oli-  
 verii; satis est, ut oculos nostros rei totius adhibeamus  
 testes & iudices. Quamobrem non exigua laus inde acce-  
 dit vetustatis nummis hisce nostris, cum passim viri docti  
 sentiant, cusæ monetæ initium antiquius non esse bello Puni-  
 co I. quo tempore illa audiri cæpit solemnibus formula III. Vir.  
 A. A. A. F. F. ita ut facile statuere possimus A. V. ccccxc.  
 antiquiores hos omnes esse. Explicavi ante oculos tuos,  
 Archinte Cardinalis amplissime, quemadmodum amicis fie-  
 ri solet, opes hæc meas, labore non exiguo & diligentia  
 industriaque collectas, quas, ut ingenue tecum agam,  
 Cræsi cujuscumque divitiis omnibus antepono: sive, ut mo-  
 destius loquar, recensui quæ paravi adjumenta doctrinæ,  
 ad difficillimas de uncialibus nummis quæstiones expediendas  
 atque illustrandas; ut tua me consuetudine & familiaritate  
 non indignum probem: qui in severioribus studiis juvandis,  
 fovendisque præclarissimis disciplinis, naturæ præsertim ar-  
 C*



canis perscrutandis, cognoscendisque naturæ legibus, idest  
 D. O. M. sapientia providentiaque contemplanda, assidue  
 versaris; ita ut quantum alii temporis necessariæ animi a  
 gravissimis curis vacationi ac relaxationi tribuant, quan-  
 tum, a laboribus lautius curando corpori; tantum tibi su-  
 mas ad hæc excolenda atque exornanda. Nunc si te ego  
 mihi sumo ad imitandum, si virtutem sequor, ingenium et  
 solertiam tuam, quæso maxime a te; ut quid velim, non  
 quid re præstem, spectandum in me tibi, atque attenden-  
 dum putes. Vale.







### DECUSSES.

*Romanus.* **C**aput imberbe galeatum finistrorsum cum  
 X ad occiput Nota denarii, seu Decuffis. *Un. Dr. Dim.*  
 Rostrum Navis supra X *Tab.I.* p.38.

### TRIPONDII.

*Roman.* Caput imberbe galeatum finistrorsum cum tri-  
 bus III ad occiput Nota Tripondii, scil.  
 trium Assium.  
 Navis Rostrum supra III *Tab.I. N.I.* p.10. 5.  $\frac{1}{2}$

### DUPONDII.

*Romani.* Caput galeatum Martis finistrorsum conversi,  
 ad cujus occiput II  
 Prora Navis superstantibus II p. 6. 1.  $\frac{1}{2}$

Alter fere similis. *Tab.I.* p. 5. 1.  $\frac{1}{2}$



*Velatrenses*. Caput Jani Bifrontis imberbis, & coronati  
IAOHJEL in ambitu II in centro. *Tab. II.* p. 30.

Caput imberbe biceps pileatum.  
Clava erecta hinc I, inde I Dupondii Nota.  
KERVODI *Tab. III.* p. 10. 4.

*Incerti*. Caput galeatum Palladis sinistrorsum, ad cujus  
occiput II  
Rota sex radiis constans cum II *Tab. III.* p. 22.

DECUSSES  
ASSES.

*Romani*. Caput Jani Bifrontis.  
Rostrum Navis superstante I *Tab. I. N. I.* p. 10.

Novem alii fere similes pondere tamen gradatim  
minores ab unciis decem ad uncias duas, &  
drachmas tres. *Tab. I. N. 2. & 3. Tab. II.*  
*N. 1. 2. 3. Tab. III. N. 1. 2. 3.* p. 2. 3.

Caput crinitum, & imberbe alatum pleno vultu.  
Taurus sinistrorsum stans, cauda supra dorsum  
elata, desuper I infra ROMA. *Tab. XII.* p. 8. 1.

*Hatrienses*. Caput senile barbaturum pleno vultu, a sinistris  
TAH more Hetrusco.  
Lupus cubans infra — jacente. *Tab. IV. N. 2.* p. 14. 4.

Alter fere idem cum I recto. *Tab. ead. N. 1.* p. 12. 7.

Tertius fere idem inscriptus HAT more latino  
absque valoris nota. *Tab. V. N. 1.* p. 13. 7.



- Velatrenses*. Caput Jani Bifrontis, & imberbis pileatum  
 ΒΕΓΑΟΝΙ Clava erecta a dextris I *Tab.V.*  
 N.2. p. 4. 3.  $\frac{5}{8}$
- Incerti*. Caput imberbe Apollinis fortasse laureati fini-  
 strorsum.  
 Caput idem repetitum dextrorsum. *Tab.VI.* p. 11. 2.
- Quinque alii fere similes, pondere tantum gra-  
 datim minores ab unciis undecim, & drach-  
 mis duabus ad uncias decem. *Tab.VII.* p. 10.
- Caput Jani Bifrontis, & imberbis.  
 Caput imberbe alatum. *Tab.VIII. N.1.* p. 11. 2.
- Alius fere idem pondere minor. *Tab. ead.*  
 N.2. p. 9.
- Leonis caput bene jubati directa fonte, ore ve-  
 nabulum mandens.  
 Caput Equi generosi, & effrænis dextrorsum.  
*Tab.IX.* p. 10. 1.
- Caput muliebre dextrorsum, sub cuius mento I  
 Gallus gallinaceus dextrorsum. *Tab.X.* p. 7. 6.
- Rota sex radiis efformata.  
 Bipennis ferrum, a sinistris I a dexteris L.  
*Tab.XI. N.1.* p. 5. 7.
- Caput imberbe galeatum dextrorsum cum Clava  
 ad occiput, seu potius obelo.  
 Caput idem repetitum, ut supra. *Tab. ead.*  
 N.2. p. 3. 7.
- Caput Herculis leonina pelle tectum superstans  
 Clavæ sinistrorsum.  
 Equus effrænis saliens sinistrorsum, supra cuius  
 dorsum fidus, sub ventre I *Tab. ead. N.3.* p. 2. 6.  $\frac{5}{8}$



## SEMISSES.

Un. Dr. Dim.

**Romani.** Caput Jovis barbatus, & laureatum dextrorsum, sub cuius collo S nota semiffis.

Rostrum Navis superstante S *Tab.I. N.1.* p. 5.

Quinque alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis quinque ad drachmas septem.

*Tab. ead. N.2. 3. 4.* p. 7.

**Tudertini.** ΛΕΙΨΗ, Lupus cubans.

Lyra cum S a sinistris. *Tab.II. N.1.* p. 1. 3.

Duo alii fere similes pondere gradatim minores ab uncia una, & drachmis tribus ad unciam sine drachmis.

p. 1.

**Incerti.** Caput diadematum virile dextrorsum.

Cuspis hastæ, vel quid simile a sinistris S

*Tab.II. N.2.* p. 6.

Caput Tauri sinistrorsum.

Puppis Navis a sinistris S *Tab. ead. N.3.* p. 4. 4.

Caput galeatum Palladis dextrorsum subtus collum S

Caput imberbe dextrorsum cum S sub collo.

*Tab.III. N.1.* p. 6.

Duo alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis sex ad uncias quinque drachmas sex cum dimidio. *Tab.III.* p. 5. 6.  $\frac{1}{2}$

Caput Martis galeatum dextrorsum cum S subtus collum.

Caput idem repetitum sinistrorsum. *Tab.III.*

*N.2.* p. 4. 2.



Alter fere idem pondere minor.

Un. Dr. Dim.  
P. 4.

Caput Martis galeatum dextrorsum cum S sub-  
tus collum, & Clava ad occiput.

Caput idem cum Clava, & S repetitum fini-  
strorsum. Tab. end. N. 3.

P. 4. 4.  $\frac{1}{2}$

Alius fere idem pondere dimidio drachmæ mi-  
nor.

P. 4. 4.

Sus sinistrorsum cum S supra dorsum.

Ara ardens. Tab. IV. N. 1.

P. 4. 6.

Pegasus alatus sinistrorsum, sub cujus ventre S

Pegasus idem repetitus dextrorsum cum eadem

Nota. Tab. IV. N. 2.

p. 6.

Quatuor alii fere similes pondere gradatim mi-  
nores ab unciiis sex ad uncias quatuor & drach-  
mas septem.

P. 4. 7.

Taurus dextrorsum saliens sub ventre S

Rota sex radiorum cum nota S Tab. eadem.

N. 3.

P. 5. 3.

Alter fere idem pondere minor.

P. 4. 6.

Ferrum bipennis, hinc inde tres globuli nota  
femissis.

Rota sex radiorum. Tab. V.

P. 2. 7.

Caput imberbe laureatum sinistrorsum cum S  
ad occiput.

Caput idem repetitum dextrorsum cum eadem

Nota S Tab. VI.

P. 11.



TRIENTES.

Un. Dr. Dim.

**Romani .** Caput Palladis galeatum dextrorsum cum quatuor globulis subtus collum .  
Dimidium Navis infra quatuor globuli . *Tab.I. N.1.* p. 3. 4.

Viginti tres fere similes pondere gradatim minores ab unciis tribus , & drachmis quatuor ad unam cum drachma . *Tab. ead. N.2.* p. 1. 1.

**Tudertini.** Dextera cestu armata inter quatuor globulos in quadratum dispositos .  
DEHVT in medio duarum clavarum , hinc inde duo globuli . *Tab.I. N.3.* p. 1. 1.

Quinque alii fere similes pondere gradatim minores ab uncia cum drachma ad drachmas sex p. 6.

**Velatrenses .** Imberbis Jani caput pileatum .  
IDOAJEI . Clava erecta inter quatuor globulos . *Tab.I. N.4.* p. 1. 4.

Supradescripti Jani caput .  
IDOAJEI . Quatuor globi totam aream secantes absque clava . *Tab.II. N.1.* p. 1. 4.

**Incerti .** Cornucopiæ .  
Forceps inter quatuor globos . *Tab.ead. N.2.* p. 2.  
Caput Apri sinistrorsum inter quatuor globos .  
Lyra cum quatuor globis . *Tab.III. N.1.* p. 3. 4.



QUINCUNCES.

- Hatrienses*. Caput muliebre comatum e concha prodiens  
marina HAT *Un. Dr. Dim.*  
Pegasus alatus saliens sinistrorsum, in ima quin-  
que globuli nota Quincuncis. *Tab.I. N.1. p. 8.*  $\frac{x}{8}$   
Alter fere idem pondere minor. *p. 5. 4.*  $\frac{1}{2}$
- Lucerenses*. Caput galeatum Palladis sinistrorsum quin-  
que superstantibus globulis.  
Rota octo constans radiis, cujus trianguli cara-  
cteribus octo sunt impressi efformantibus no-  
men LOVCERIA. *Tab.I. N.4. p. 5.*
- Incerti*. Caput virile sinistrorsum.  
Clypeus ellipticus cum quinque globulis a de-  
xtris. *Tab.I. N.2. p. 6. 7.*  
Duo scepra, vel quid simile decussata ad for-  
mam Crucis cum quinque globulis.  
Typus idem repetitus absque globulis. *Tab.I. N.3. p. 1. 3.*
- Fulmen inter quatuor globos.  
Typus idem repetitus cum iisdem globis.  
*Tab.III. N.2. p. 3.*
- Fulmen inter quatuor globos addita Clava.  
Typus idem cum Clava repetitus. *Tab.III. N.3. p. 3. 4.*  $\frac{1}{2}$
- Fulmen cum quatuor globis absque Clava.  
Delphin sinistrorsum, infra quatuor globi.  
*Tab.IV. N.1. p. 4. 4.*

D



Sexdecim alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis quatuor cum dimidio ad uncias tres.

p. 3.

Fulmen inter quatuor globos absque Clava.

Delphin sinistrorsum cauda bifurcata, supra cuius dorsum uncus, vel quid simile, infra quatuor globi. *Tab. ead. N.2.*

p. 3. 6.

Quinque alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis tribus, & drachmis sex ad uncias duas, & drachmas sex cum dimidio.

p. 2. 6.  $\frac{1}{2}$

Caput Equi dextrorsum cum quatuor globis subtus collum.

Caput Equi repetitum cum iisdem globis sinistrorsum. *Tab. ead. N.3.*

p. 4.

Quinque alii fere similes pondere gradatim minores, ab unciis quatuor & drachma ad uncias tres, drachmas quinque cum dimidio.

p. 3. 5.  $\frac{1}{2}$

Rota quatuor constans radiis angulis globo notatis.

Rota eadem repetita absque globis. *Tab. V. N.1.*

p. 2. 3.

Equus effrænis dextrorsum currens inter quatuor globos.

Rota sex radiis constans cum quatuor globis. *Tab. ead. N.2.*

p. 2. 6.  $\frac{1}{2}$

Duo alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis duabus drachmis sex cum dimidio ad uncias duas cum dimidio.

p. 2. 4.

Delphin dextrorsum retorto corpore cum quatuor globis.



Anchora duorum brachiorum . Tab.V. N.3. p. 2. 2.

QUADRANTES.

*Romani.* Herculis Caput Leonis exuviis tectum dextrorsum cum tribus globis ad occiput. *Tab.I. N.1.* p. 2. 4.

Duodecim alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis duabus cum dimidio ad unciam unam cum drachma . *Tab.I. N.2. 3. 4. Tab.II. N.1. 2.* p. 1. 1.

*Hatrienses.* HAT Delphin . Pifcis alter capite magnitudine deformi a sinistris in area tres globuli . *Tab.II. N.3.* p. 4.

Duo alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis quatuor ad tres & drachmas duas. p. 3. 2.

*Tuvertini.* Rana inter tres globos. Anchora erecta cum duobus brachiis a dexteris & V† a sinistris tres globi . *Tab.II. N.4.* p. 6.  $\frac{1}{2}$

Sept. alii fere similes pondere gradatim minores a drachmis sex cum dimidio ad tres & femis. p. 3.  $\frac{1}{2}$

*Velatrenses.* Caput imberbe biceps pileatum . Tres globi in area . *Tab.VI. N.1.* p. 1.



*Incerti.* Caput virile sinistrorsum conversum . *Un. Dr. Dim.*  
 Tridens cum tribus globis a dextris . *Tab.III.*  
*N.1.* p. 3. 3.

Galea cristata inter tres globos .  
 Vas utrinque anatum cum tribus globis . *Tab.*  
*ead. N.2.* p. 2. 5.  $\frac{1}{2}$

Alter fere idem pondere drachmæ semisse mi-  
 nor . p. 2. 5.

Aper fetosus sinistrorsum currens in imo tres  
 globi .  
 Typus idem repetitus dextrorsum cum iisdem  
 globis . *Tab.III. N.3.* p. 3. 2.

Novem alii fere similes pondere gradatim mino-  
 res ab unciis tribus , & drachmis duabus ad  
 uncias duas & drachmam . p. 2. 1.

Vola manus expansæ cum tribus globis a sinistris.  
 Vola itidem cum tribus globis a dextris . *Tab.IV.*  
*N.1.* p. 2. 1.

Alter fere idem dimidio drachmæ minor . p. 2.  $\frac{c}{2}$

Vola manus expansæ cum Clava a dextris & tri-  
 bus globis a sinistris .  
 Typus idem repetitus cum Clava a sinistris , &  
 globis a dextris . *Tab. ead. N.2.* p. 2. 5.

Duo alii fere similes pondere gradatim minores  
 ab unciis duabus , & drachmis quinque ad  
 duas & unam . p. 2. 1.

Vola manus expansæ cum tribus globis a dextris  
 absque clava .



Duo grana hordeacea tribus globis intermediis.

*Tab. ead. N.3.*

P. 3. 1.

Duodecim alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis tribus, & drachma ad uncias duas, & drachmas sex.

P. 2. 6.

Vola manus expansæ cum tribus globis a dextris & unco a sinistris.

Tres globi inter duo grana hordeacea. *Tab. V.*

N.1.

P. 2.

$\frac{1}{2}$

Alter fere idem pondere dimidio drachmæ minor.

P. 2.

Canis dextrorsum gradiens, infra tres globi.

Rota sex constans radiis cum tribus globis.

*Tab. ead. N.2.*

P. 1.

7.  $\frac{1}{2}$

Numisma antiquissimum ovali forma ramo vel

Clava signatum in parte adversa.

In averfa vero tribus globis. *Tab. ead. N.3.*

P. 1. 5.

### SEXTANTES.

*Romani.* Caput petasatum Mercurii dextrorsum cum duobus globis ad occiput.

Navis dimidium infra duo globi. *Tab. I. N.1.*

P. 1. 4.

Octo alii fere similes pondere gradatim minores ab uncia una cum dimidio ad unciam, drachmam, & femis.

P. 1. 1.  $\frac{1}{2}$

*Hatrienses.* TAH Pes humanus sinistrorsum.

Gallus gallinaceus dextrorsum cum duobus globis ante pectus. *Tab. I. N.2.*

P. 2. 4.  $\frac{1}{2}$



- Alter fere idem pondere minor . *Un. Dr. Dim.* p. 1. 7.  $\frac{1}{2}$
- Tertius fere similis inscriptus HAT p. 1. 4.  $\frac{1}{2}$
- Populonienses* . Caput galeatum Palladis cum duobus globis supra .  
 Noctua stans supra duos globos cum Luna falcata inter duo sidera a tergo ANV[V]V .  
*Tab.I. N.4.* p. 2.  $\frac{1}{2}$
- Incerti* . Caput virile galeatum , vel potius pileatum dextrorsum cum tribus globis ad occiput .  
 Typus idem repetitus capite sinistrorsum converso . *Tab.I. N.5.* p. 2. 6.
- Tridens erectus .  
 Cuspis hastæ cum duobus globis a dextris .  
*Tab.II. N.2.* p. 1. 4.
- Tredecim alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis duabus , & drachmis sex ad unciam unam & drachmas quinque . p. 1. 5.
- Tridens , ut cl. Guarnaceo videtur , inter duos globos .  
 Fasciculus alligatus a dextris VF . *Tab.I. N.6.* p. 4.
- Quatuor alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis quatuor ad tres . p. 3.
- Caput virile nudum sinistrorsum ,  
 Delphin duobus globis superstans . *Tab. II. N.1.* p. 2. 3.
- Concha striata convexa inter duos globos  
 Caduceus , hinc inde globus . *Tab.III. N.1.* p. 2. 6.



Decem & septem fere similes pondere gradatim  
minores ab unciis duabus, & drachmis sex ad  
unciam unam cum dimidio . p. 1. 4.

Concha striata convexa inter duos globos.  
Caduceus inter globos cum unco a sinistris.  
*Tab.III. N.2.* p. 1. 6.

Quinque alii fere similes pondere gradatim mi-  
nores ab uncia & drachmis sex ad unciam,  
drachmas duas cum dimidio . p. 1. 2.  $\frac{1}{2}$

Concha striata convexa inter duos globos .  
Conchæ ejusdem striatæ pars altera concava sine  
globis . *Tab.III. N.3.* p. 1. 7.

Sex alii fere similes pondere gradatim minores  
ab uncia cum drachmis septem ad unciam &  
drachmas duas . p. 1. 2.

Testudo in imo duo globi .  
Rota sex radiorum . *Tab.III. N.4.* p. 1. 7.

Quinque alii fere similes pondere gradatim mi-  
nores ab uncia cum drachmis septem ad un-  
ciam , & drachmam cum dimidio . p. 1. 1.  $\frac{1}{2}$

Testudo hinc inde globus .  
Cornucopiæ inter duos globos . *Tab.III.N.5.* p. 1. 3.

Tridens hinc inde globus .  
Anchora duorum brachiorum cum duobus glo-  
bis . *Tab.II. N.6.* p. 1. 6.

Tres alii fere similes pondere gradatim minores  
ab uncia una & drachmis sex ad unciam, drach-  
mas duas cum dimidio . p. 1. 2.  $\frac{1}{2}$



Antiquissimum Numisma ovali figura Clava nodosa signatum in parte antica .

In postica vero duobus globis . *Tab.III. N.7.* p. 1. 1.

Quatuor alii fere similes pondere gradatim minores ab uncia & drachma ad drachmas quinque .

p. 5.

U N C I A L E S .

*Romani* . Caput Romæ galeatum dextrorsum cum globo uno ad occiput .

Navis dimidium cum globo infra . *Tab.I. N.1.* p. 7.

Quatuor alii fere similes pondere gradatim minores a drachmis septem ad quatuor cum dimidio .

p. 4.  $\frac{1}{2}$

*Hatrienses* . Anchora .

TAH in trianguli formam dispositis literis cum globo in centro areæ . *Tab.I. N.2.* p. 1. 2.

Alter fere idem pondere unius drachmæ minor . p. 1. 1.

H in area .

A ζ in area . *Tab.I. N.3.* p. 5.

Alius fere idem dimidio pondere drachmæ minor .

p. 4.  $\frac{1}{2}$

Caduceus absque alis .

A in area . *Tab.I. N.4.* p. 3.  $\frac{1}{2}$



- Tudertini*. Vas utraque parte ansatum cum globo supra .  
 Cuspis hastæ a sinistris  $\text{V}\text{X}$  a dextris globus .  
*Tab.I. N.5.* p. 6.  $\frac{1}{2}$
- Quatuor alii fere similes pondere gradatim minores a drachmis sex cum dimidio ad drachmas tres . p. 3.
- Caput barbatur Sileni sinistrorsum cum globo ad frontem .  
 Aquila apertis alis dextrorsum  $\text{E}\text{D}\text{E}\text{H}\text{V}\text{H}$  .  
*Tab.III. N.2.* p. 1.
- Alius fere idem absque globo . p. 1.  $\frac{1}{2}$
- Incerti*. Clava cum globo a sinistris .  
 Figura pentagona cum globo in centro . *Tab.I. N.6.* p. 1. 1.
- Duo alii fere similes pondere gradatim minores ab uncia & drachma ad drachmas septem cum dimidio . p. 7.  $\frac{1}{2}$
- Supra descripta pentagona figura cum globo .  
 Striatæ conchæ pars exterior convexa . *Tab.I. N.7.* p. 7.
- Rana apertis cruribus .  
 Cyparissus; vel quid simile cum globo a dextris .  
*Tab.I. N.8.* p. 1. 1.
- Granum hordeaceum cum globo .  
 Typus repetitus absque globo . *Tab.I. N.9.* p. 1. 2.  $\frac{1}{2}$
- Quindecim alii fere similes cum globo utraque ex parte, & pondere gradatim minores ab



uncia, & drachmis duabus cum dimidio ad drachmas quinque & semis.	p.	5. $\frac{1}{2}$
Flos trifidus.		
Figura cuspidata grani hordeacei fortasse. <i>Tab. II.</i> <i>N. 1.</i>	p.	3.
Duo alii fere similes pondere gradatim minores ab unciis tribus ad duas.	p.	2.
Scarabæus figura quadrilatera ad formam Cru- cis. <i>Tab. II. N. 2.</i>	p.	3. $\frac{1}{2}$
Quinque alii fere similes pondere gradatim mi- nores a drachmis tribus cum dimidio ad duas, & semis.	p.	2. $\frac{1}{2}$
Pars tali convexa.		
Pars ejusdem tali concava. <i>Tab. III. N. 6.</i>	p.	7.
Duo alii fere similes pondere gradatim minores a drachmis septem ad sex.	p.	6.
Pars eadem tali convexa cum globo a sinistris.		
Eadem pars concava absque globo. <i>Tab. II. N. 3.</i>	p.	6.
Duo alii fere similes.		
Pars tali convexa cum globo a dextris.		
Pars eadem concava absque globo. <i>Tab. II.</i> <i>N. 4.</i>	p.	6.
Duo alii fere similes.		
Concava pars tali cum Clava.		
Pars eadem tali convexa cum Clava. <i>Tab. II.</i> <i>N. 5.</i>	p.	7. $\frac{1}{2}$
Quatuor alii fere similes pondere gradatim mi-		



	<i>Un. Dr. Dim.</i>
nones a drachmis septem cum dimidio ad quinque .	p. 5.
Tali pars concava absque globo . Globus in area . <i>Tab.II. N.6.</i>	p. 1. 1.
Duo alii fere similes pondere gradatim minores ab uncia & drachma ad drachmas sex .	p. 6.
Alius fere idem cum globo in parte antica a dextris .	p. 7. $\frac{1}{2}$
Sex alii fere similes pondere gradatim minores a drachmis septem cum dimidio ad drachmas quatuor & semis .	p. 4. $\frac{1}{2}$
Pars tali concava absque globo . Globus , & uncus . <i>Tab.III. N.7.</i>	p. 7.
Ferrum bipennis inter C & globum . Rota sex radiorum cum uno globo . <i>Tab.II. N.8.</i>	p. 2. $\frac{1}{2}$
Rota eadem sex radiorum cum globo . Anchora a dextris . <i>Tab.II. N.7.</i>	p. 2. $\frac{1}{2}$
Caput virile sinistrorsum . Pars convexa conchæ striatæ . <i>Tab.II. N.9.</i>	p. 5. $\frac{1}{2}$
Alter fere idem pondere dimidii drachmæ minor .	p. 5.
Caput virile sinistrorsum . Planta pedis dextrorsum cum globo subtus . <i>Tab.II. N.10.</i>	p. 6.
Caput virile sinistrorsum . Tridens , vel graphium cum globo a sinistris . <i>Tab.III. N.1.</i>	p. 1. 3.



Glans cum calice . . .  
Typus repetitus . Tab.III. N.4. . . p. 3.

Alius fere idem dimidio drachmæ minor . . . p. 3.

Glans cum calice .  
Σ Græcum sigma in area : Tab.III. N.5. . . p. 5.

Perantiquum numisma nodosa Clava insignitum  
in parte antica .  
In postica vero uno globo forma ovali . Tab.III.  
N.3. . . p. 3.





*Decusium*

*Tab. I.*











*Tripondior*


*Tab. I*



*Dupondior*










Dupond

Tab. II

































*Arsium*

*Tab. I*









*Asium*

*Tab. II*


I



2




3













III. 421

100/10












Fig. 100

100/100







Asium


Tab. V













1767

maria





Afrium

Tab. VII









Asium

Tab. VIII





137 451


137 451





*Asium*

Tab. IX










*Asium.*

Tab. X













I





17431

17432





*Afrium*


*Tab. XII*






110


110
























1. 4. 1.


2. 4. 2.




























*Semifrium*


*Tab.V*





W. 627




manifattiva





Quincunc

Tab. I











Trent


Tab. I







1000



1000






































VI. 4aT




1000T


















Quadrant


Tab. I

















1770




1770














































IV 11

1000000












1. 68

1. 68











H. del

1712/16











III. 67











1.111


117



























Fig. 10

101



















Ob  
Nú



275

DE  
L'UMATIS  
L'IOUO  
NCIAI  
PISTO

torio de Mar  
BIBLIOTECA

4651

2000